

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

Plutarchus

Francofurti, 1620

In Antonium annotationes

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

quid ad nuptias detorsit, ut ομοίωσιν elegantem allusionem contineret, pro δολιχίων reposito γαμπίον. Quod minime obseruans Acciaiolus, omnem loci venustatem interuertit, & abs te de feruendo mulieri mentionem intulit. Idem supra, quum Dromoclides Sphettius (Sphertia curia est, seu δήμος, Antica) nominatur, nescio quid tribui (si diis placet) Sphettiae ab teo iniunctum commentus est. Philam vnico scribo, sequutus Diodorum, & alios.

897. b. Sed Thasius an Chius fuit fluor] Elegans est & factus plane iocus. nam quod affluxui (ita enim liceat exponere vocem φεσμα) Demetrius humoris alicuius, seu pituitae imputabat: id vini abundantiam affusioni Antigonus adscribit. Nobilissima vina sunt Chium & Thasium: de quibus praeter alios, Pinius libr. 14. cap. 7. & deinde, atque Athenaeus libro 1. Hunc iocum varie etiam Germani, neque minus scite vsurpant. nam & cum qui in itinere diutius moratus, eluue aquarum se impeditum minus concinne causatur, potuisse quod ad aquam peigere dicimus ioco, nisi vinum (cui non item pontes inferuntur) obstitisset. & vino deditores, ac catarrhis conquerentes, simili plane modo notamus, quum dicimus, si velint efficere ne tanto affluxu infestentur, ab assumendo (nimirum vino) esse temperandum.

898. c. Pondo vterque quadragenum] ολίχης ἐκείπρος μ. deest autem μίον, ut puto, id est libras vel minas (Mina Attica non ita multum à libra Romana differit. nimirum drachmis quatuor. de qua re Bodaeus & alii) quadraginta: quomodo & interpretes acceperunt.

899. c. Lamia. Demo] Διμοί Hæc apud Athenæum libro decimo tertio Διμοί, Demo, dicitur, & sic etiam infra.

900. a. Laconensis] Λακωνεί. Spartiatam Dionatus, Amiotus cognomento ita dictum. mihi neutrum probatur, & patriam aut vero curiam Atticam vel pagum designare id vocabuli puto. Λακωνεί quidem Spartanus non dicitur.

901. b. Demochares Solus Demetrium Fabulam appellauit, quod et Lamia quoque esset] Apparet Lamias in fabulis, ut & Sphingas, Saryros, & alia id genus aliquem habuisse locum: atque ideo Demetrium, qui Lamiam meretricem, monstro illi cognominem, secum haberet, ostentaretque, dramati seu fabula (nam μύθον dixit Plutarchus, quod pro scenico sigmento vsurpari vix puto) similem esse. Sate in scena Lamias aliquando vel productas, vel saltem commemoratas, ex Horatii arte poetica apparet. Tamen etiam ita exponi posse videtur hic locus (est enim obscurus) ut fabulo-

sum hominem diceret Demochares Demetrium, qui praeter alia inania, etiam Lamiam meretricem secum haberet, non male ex fabulis notarum istarum Lamiarum respondentem titulis. Quæ de Lamia apud Philostratum in Apollonii Tyanei libro quarto leguntur, ut ille Lamia tali monstro seu spectro Menippum philosophum Corinthi eripuerit, (quo loco eadem esse Empusa, Lamia, & Mormolyca ostenduntur, in id intentæ ut re venerea illectos homines deuorent) prolixiora sunt quam ut huc commode inseri possint. Aristophanis interpretis in Vespis & Pace ex Duri & aliis scribit, Lamiam Beli & Africa filiam à Ioue constupratam, filios eius à Iunone interfectos: ipsamque tetra forma obmerorem, aliorum partus rapuisse, interfecisseque: & cætera quæ inde etiam Varinus transtulit. Lyncei de cæna Lamia scriptum citat aliquoties etiam Athenæus.

903. c. Qui violatos putans ex Demetrii descensione fines, &c.] Corruerunt hæc historiam interpretes, & ad Selenam iuisse Plistarchum dixerunt, qui ad fratrem Casandrum accusandi Demetrii causa profectus scribitur, idem Quinda (de quibus in Eumene facta mentio) in Cynda nimis subtiliter verterunt. quasi vero Cilices barbari, non barbara etiam locorum nomina retinuissent. Quæ paucis post versibus de Cilicia, Tyrio, Sidone, & cætera referuntur, plane diuerso sensu protulit Donatus.

906. a. Ad Dion] In Græco οὐκ εἰς Δίον. Donatus Diuum, Amiotus nescio quale Demon. Ego, qui Diuum esse Macedoniae urbem infra Pydnam in ora maritima sinus Thermaici, & scirem, & omnibus eruditus cognitum putarem, facile id cum Donato reposui. Verum ille corrector ne nihil diceret, praeclare meritum se & de autore & de interprete & de lectoribus putauit, si annotaret Dion urbem esse Eubœæ, ex Stephano & Strabone: apposite scilicet: quasi vnicum tantum Diuum Stephanus & aliis geographi notassent. Sed erat omnino talis, quicunque fuit, ut libenter fumos venderet.

907. a. Medicus Erasistratus] Simile quoque de se Galenus prædicat. Cr.

lb. b. Illa Sapphus in eo omnia existerent, &c.] In nobilissima illa oda (nisi vehementer fallor) quam insignis venustas iniuriæ edacitatiq; temporum exemptam, nostro quoq; tempore in lucem retulit, & quam Catullus Sapphico versu elegantissime depinxit. Extat impressa cum Anacreontis reliquis & Dionysio Longino, & Mureti in Catullum commentario.

911. d. Non illepide Euripidis versus usurpauit] De Bacchis sunt desumpti.

IN ANTONIVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Crusarii, interpretum.

915. c. Pater Creticus dicitur Antonius] In Græco est Criticus, (ut Ateinius reliquit: & Amiotus explicauit iudicialium) κρητικός: sed mendose pro κρητικός. Critici cognomen ego tribui huic posse non puto: Creticum vocari à bello contra Cretenses gesto arbitror, argumento eorum quæ apud Florum lib. 3. cap. 7. in Epitoma Liuiana xviii. & alibi leguntur.

916. c. Sexagies II-S] πενήκοντα ἑξή & ἑξακοσίων τετρακτῶν, c. c. l. talentorum. Cicero Philippica secunda hanc rem ita describit: Recordare tempus illud quum pater Curtio mortuus iacebat in lecto, filius se ad pedes meos prosternens, lachrymans te mihi commendabat: orabat ut te contra suum patrem, si non sexagies pereret, defenderem, tantum enim pro te intercessisse dicebat, &c. Ciceronis verbis in summa hac exprimens Latina malui uti quam talenta ponere. Idem vero esse c. c. l. talenta & sexagies sestertium, ostendimus in vita Cic.

919. a. Cuius nauis circumiecit multis paruis acatiis] πολλά ἄρα λ. α. κ. τ. τ. αὐτῆς ἀειρήσασσι non ἀειρήσασσι. Interpres ἀσπιδόλυθον fecit, non enim Antonii triremes fuerunt, sed Libonis: Totum stratagemata descripsit ipse Cæsar venuste, libro tertio Belli civilis.

Ibidem b. In abruptos scopulos atque altos sinus maris] ἀρχαῖς φάραγες Præcepto ὁ scopulosum litus, interpretis φάραγες inter alia hiatum seu fissuram terræ significat, quæ aquam incidentem absorbeat. Varinus. Voce ἀρχαῖς (rectius enim legitur hoc modo quam ἀρχαῖς) etiam Homerus vsus est Vlyss. ἀρχαῖς δὲ τὰ-

λασά, ὅ οὐ πῶς ἐβί πῆδιον. Στήμναι ἀμφοτέρωσι, ὅ ἐκφυζέτω κακότητα. Quod exponit Eustathius Litus vbi altum sit mare.

Ibid. d. Antonium tribunum plebis fecit, misitque eum Romam] Xyl. vertit, Magistrum equitum Romam misit. * est autem. &c. & annotat, De hoc loco quod statuam, non habeo. Ἀντώνιον δὴμαρχον ἰσχυροῦς Ρώμην ἐπέμψεν, Antonium tribunum plebis, &c. Et vero quæ de tribunicia potestate sequuntur, vera per se sunt, & historiae Romanae non rudibus cognita. Sed adduci ut credam Plutarchum hoc loco ab omnibus aliis autoribus dissensisse, vix poterō. Nihil est enim notius quam Cæsare iterum dictatore, Antonium magistrum equitum (ἐπιπαιχρον non δὴμαρχον) ei adiunctum fuisse. Id ostendit copiose Dio, & aperte in huius historiae lusculentæ narratione, lib. 42. contentionem etiam eius cum Dolibella persequens stylo. Idem in Philippica secunda Ciceronis est: Denique cur Antonium eo tempore Romam trib. pleb. mitteret, ne causam quidem fuisse existimo: nihil enim istis artibus & tumultibus tribuniciis Cæsari ad id quod volebat opus erat, sed iis quæ erant in Antonio maxima, insolentia, & quæ constituendæ stabilendæque tyrannidi conduceret, iniusta & legibus contraria dominatione. qualem tum fuisse Antonii magistri equitum, ex Dione apparet. Quid ergo (inquies) Plutarchus hæc de trib. plebis potestate hoc loco commemorat, si ἐπιπαιχρον, ut tu vis, non δὴμαρχον, est legendum? Dicam. Suspicio intercidisse aliquot versus post hæc verba: εἰς Ρώμην ἐπέμψεν. Illis autem versibus descriptam fuisse ἀρχαῖαν ipsam & confusionem quæ tum Romæ fuit, quum Cæsare iterum populi, &

li, & Antonio, equitum Magistro creato, neque consul esset neque prator: vbi perspicue est à Dione nostro explicatum. His deinde malis accessisse tribunicias illas contentiones & turbas, quæ veluti vnguis essent in vlcere. Causam autem redditam obiter à Plutarcho, cur tribunis plebis licuerit quicquam moliri dictatore creato, & magistro equitum præsentibus, pl. potestate commentari, non est huius operæ. Hanc autem medicinam puto adhiberi huic Plutarchiano loco posse, atque haud scio an nullam aliam. Quod si quis integrum locum esse putat, ipse viderit: modo ne in eum finem contendat vt optimum & minime imperitum autorem calumniandi occasionem caperet. Sane in vita Ciceronis quoque *χλιαρχοι* legitur pro *δημορχοι*, quam cauillandi ansam arripuit Corradus.

920. a. *Hanc vrbes per agrans circumducebat læticia*] *ὁ δὲ*, ad Segium mimum refertur: Cicero ad mimam in secunda Philippica. Interpretes non aduertit.

Ibid. f. a. *11. go Brutum Albinum*] In Græco sunt duo insignia menda, *λαβίνος* pro *Αλβίνος*, & *ἀδελφίης* pro *ἀδελφίδης*. De quibus apud Dionem monuimus. Albinus recte in Casare legitur.

921. d. *Hic abrogauit Casar magistratum*] *καίσαρα δὲ τῆς ἀρχῆς ἀπέστειλεν*. Insigne mendum, & historię contrarium: quod & Aretinas senserat. Legendum est, *καίσαρ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀπέστειλεν*, nempe illos tribb. plebis. Historia est apud nostrum in Casare, apud Dionem lib. 44. apud Sueton. um & alios.

923. a. *Munatium Plancum*] Is est L. Munatius Plancus ad quem extant libro decimo familiarium multæ Ciceronis epistolæ: est in plerisque libris vitiose Cn. pro L. legitur, vt hic *Φλάκιος* pro *Φλάγιος*. quod & alibi annotatum est.

Ibid. f. *Cotylonem*] Is est quem L. Varium Cotylam Cicero in Philippicis quinta & octaua dictum deprehendimus. Apparet à potando cognomentum esse effectum. est enim cotyla genus mensuræ.

924. b. *Quum oblatum cuidam eius amico fuisset somnium*] Aetorii scilicet medici. Dio. lib. 47. & Valerius lib. 1. cap. 7. & alii.

Ibidem, c. *Hortensium super illius monumentum præcepit in te sic*] Xyl. vertit, *illum ad sepulchrum fratris iugulauit*. & annotat, Hortensium scilicet. Interpretes hoc non tam omisit quam peruerit In Græco mendum est, sed non difficile animaduersu, *ὁμοσάζει* pro *ἐπισφάζει*. Cur autem Hortensius in culpa cædis C. Antonii fuerit, ex Plutarcho Bruto & Dione patet. De morte eius Hortensii est apud Velleium, & in Epitoma Liuiana cxxiiii.

Ibid. e. *Et rinosus*] *σαωσέν*. Aretinus Disiecta, quasi *σαθρόν* legit, quod & Amiotus habet.

Ibid. f. *Italicas pestes*] *τὰς ἐπὶ τῆς Ἰταλίας κήρας*. Sic vocat mimos, tibicines, præstigiatores & alios eius farina homines, quibus impense delectatum deditumque iam olim fuisse Antonium, nemo nescit. *κήρας* autem, sicut & *ὄλεθρον* & similia, Græci dicunt vt Latini pestem, scelus pro pestilentibus & scelerosis hominibus: estque per uitata dictio. Aretinus quum id non recordaretur, insultatum calamitatibus Italicis, nullo autore, & magno errore dixit, Sophoclis locus est initio OEdipi regis.

926. c. *Ut ait Homerus*] Alludit ad locum qui est de Circe, *Vlyssæz* libr. 12. redeuntibus ab inferis Vlyssi occurrente: *... ἀλλὰ μάλ' ὄϊα ἦλθ' ὄντω αἰώνη*. Quod exponit Eustathius *ἐπισημαίνοντες ἐπισημαίνοντες, ὅτι οἱ ἀρτίοι τῆς Ὀδυσσεύς*. aut similem aliquem, qui nunc non occurrit.

927. a. *Cyano flauio*] in Græco *Κύανου* est pro *Κύδωνου*, male, quamquam illud Amiotus retinuerit.

Ibid. f. *Circa Mesopotamiam*] Ex his quæ deinceps sequuntur, confecta est posterior pars Parthici libri, qui in amissis (ita enim opinor) locum Appiano Alexandrino est (subfarcinatus, cuius prior pars est ex nostri autoris Crasso decerpta. Quæ ad Antonium præcipue, non ad rem Parthicam pertinent, omissa sunt in isto centone: cætera ad verbum prope descripta.

928. b. *Inter clientes se fuisse filii Antonii natu maximi*] Xyl. vertit, *In numerum associalarum Antonii*. & annotat, *ὁ τῆς διαπραπείσεως πόν*. Aretinus peruerit totum locum, satis alioquin & elegantem & apertum: transtulitque ad alias alia personas. Locus Platonis qui paulo post citatur, est in Gorgia.

929. d. *Hic post eam ex Accia fuerat genitus*] *Ἄλλας* legendum non *Τάνας*, satis ex his quæ apud Dionem diximus, apparet: sicq;

in Ciceronis vita legitur. Suetonius in Casare Iulio cap. 27. Attia Octauiam natam videtur dicere. Ad retinendam (Inquit) Pompeii necessitudinem ac voluntatem Octauiam, sororis suæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat conditione ei detulit.

930. b. *Hexere*] sex remigum nauis est Cr.

Ibid. f. *Regis Herodis*] Xyl. habet *Orodis*. & annotat. *Ἡρώδης δὲ*. Quod sequutus est, sed imprudenter, Aretinus: & Amiotus etiam. in Crasso *Ῥώδης*. legitur: fallum & hoc. *Ῥώδης* enim, Orodes, rex Parthorum fuit dictus, quod nouissimum est.

931. a. *Aqua ex clepsydra*] Fons est in arce Attica, Clepsydra nomine: sic dictus quod clepsydræ in morem modo amittat aquam, modo recipiat. Impletur enim flantibus etesi, & vacuus aquæ est iis cessantibus, exemplo Nili. Hæc & pluta Scholiast. Aristoph. *ὄρνις*.

Ibid. c. *Antonio & Casare*] In Græco deest copula *καί*: quam tamen & interpretes & Appiani codices habent, & sensus requirit. Interpretes porro ex Sossio Cassium finxit, haud leui historię detrimento. Res gesta C. Sossii & Canidii sunt apud Dionem lib. 49. Amiotus Socium dixit.

933. d. *Phraorte*] Iustin. vocat Phrahatem. Cr.

Ibid. *Quam ante Bambycem nuncuparunt*] *Βαμβύκιω* est in textu, & sic interpretes legerunt. Sed rectius apud Appianum habetur *Βαμβύκλω*, quod sequutus sum: quum & Strabo libro de cimosexto, & Plin. quinto & vigesimotertio, idem dicane quod hic legitur. Vrbes sunt Syriacæ.

Ibid. *Per nuntios Monefi fidem dedisset*] *δέξια καὶ πενήματα*. Non male vertit Aretinus. Est enim *Millis* nunciis fidem amicitia & gratia dare. Sic in vita Alexandri Darius moriens Polystrato, *Ἀλέξανδρον ταῦτι πάλαι δέξια δίδαμι δέξου* & Appianus libro secundo *ἰμυλ. δέξια ἔφει τῆς βασιλείας τῆς Πομπηίας*. Tale est etiam *λαμβάνειν δέξια*, Venia donari, apud nostrum in Casare, de L. Domitio: *ἀπὸ τῆς καίσαρος, καὶ λαβὼν δέξια, αὐτῆς διεξέτιστο πρὸς Πομπηίαν*. Annotauit autem propter correctorem istum, qui perinde ac si errasset hic Aretinus, Græca verba in margine alleuerat, neque tamen explicarat.

Ibid. e. *Artanades*] Iustinus vocat eum Artoadisten. Plut. in comparatione videtur hunc nominare Artabazum. Cr.

934. a. *Atropatenem*] Male in Græco *Σαρπηπατῶν*, apud interpretem Antropatene legitur: recte apud Appianum *Ἀτροπατῶν*. Sic & Stephanus, & Plin. lib. 6. cap. 13. Straboni est *Ἀτροπατίος Μινδα*. lib. 11. quod & ipsum Stephanus habet.

Ibid. b. *Cuius constituit Tatiannum ducem*] Xyl. vertit, *Duce Statianno*. & annotat, Sic est apud Dionem libro quadagesimonono, & in Augustano manuscripto Appiani codice *Στραπανοῦ* legitur pro *Σταπανοῦ*. Phraata autem, *Φραάτα*, ex Appiano repolui: pro Phraortis: *Φραόρτου*. Et sic etiam infra apud Plutarchum est: *ὠδίνουσι τῆς Φραάτων ἡμῶν ἐπέχ.* imposuit enim libri mendum interpretibus. Apud Dionem legitur *Πραάτου*. Praaspa.

Ibid. c. *Paribus interuallis*] Hic locus rectius in Appiani libro legitur, estque scribendum hic non *παρὲς ὧντος* (quod imposuit Aretino) sed *παρὲς ὧντος*. ὧντος pila sunt, non venabula, quibus tum neque Romani in pugna, neque Parthi utebantur. Virgula inter *κρωγῆς* & *ὁππρῆσανης*, temere posita, nebulas loco offudit.

937. *O decem millia*] Historia hæc, horum decies mille Græcorum, est apud Xenophontem in libris De expeditione Cyri, & summam in vita Xenophontis apud Suidam.

442. *Titus autem & Plancus*] *Τίτος* legendum. Dio lib. 70. & post Caluissius, *Καλιούσιος*, non *Καλιόσιος*. Sed quæ de recitatione testamenti sunt scripta à Plutarcho, alienissimo & ineptissimo sensu Aretinus reddidit. De Caluissio multa Dio.

947. *Quid miri est, inquit, sin Torvne confidet Casar?*] Videtur alludere ad id quod Suetonius ait, infantem in arietem nomen Thurino: & ita per contumeliam appellauit eum Antonius. Cr. Iidem hic Xylander annotat, locus est proprio nomine ita appellatum detorto. *πρωὴν* instrumentum est quo ollæ (aut potius quæ in illis coquuntur) jagitari solent, nimirum cochleate coquinarium. Patet hoc ex Aristophane in Equitibus, vbi est, *ἀοιδυῆ δὲ δὲ πρῶν*. & in Auidibus. *Ἐραίου ὁππρῆσανης δὲ πρῶν*: καὶ *χίττας*. Sipontinus in suo Cornuopia tudeculam interpretatur, sed male. Vtus est vocabulo etiam Plato in Hippia maiore: ita vt facile appareat inde, id fuisse quod diximus. Meminit & Eustathius in *Ἰλιάδης*, aitque (id quod huc facit) *ὁ δὲ τῆς πρῶς* dictum, quod est *Cis-*

cumago. Ergo Cleopatra extenuat praesentiam Caesaris à loci nomine petita iocum materia: quod fugit utrumque interpretem.

846. c. Cum e Arunsio] Hunc ab Octavio mediam aciem tenuisse, apparet ex hoc loco, Paterculus lauum cornu ei commissurum dicit.

919. a. Halis iuxta mare humato] Locus est Atticæ, Ἀλισία. De quo apud Stephanum.

953. Caesaris in multis, &c.] Οὐκ ἀγαθὸν πολυκαμοεῖν. Allusio ad

Homericum illud nobilissimum dictum, de Iliad. 2. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκαμοεῖν. -- multos dominos non expedit esse.

955. d. Ex Marcello illa filias duas] Remitto te ad typum & explicationem genealogiæ huius quam ad finem nostratum in Dionem annotationum adiecitimus.

IN COMPARATIONEM.

957. a. Postremo ut Par.] Alludit eleganter ad ea quæ sunt apud Homerum Iliad. 3. ad finem.

IN AGIDEM ANNOTATIONES

Guil. Xylandri & Herm. Cruferii,

interpretum.

Agis ultimus Spartanorum ex familia Eurytionidarum rex fuit, Arati Sicyonii æqualis & Antigoni regis Macedonia. Circa annum V. C. maximo dx. floruit. Estatim successit in altera familia Cleomenes. Olympiade cxxxix. mortuum Antigoni P. lybius in fine secundi libri ostendit: quo tempore Cleomenes paulo ante ab eo victus in Ægyptum profugit, ibique sub Ptolemæo Philopatore petiit. quo tempore etiam Marcellus G. illos vicit.

734. b. Vbi iam non erat illud dici quod solet. Rectum licet non sit, &c.] Xyl. vertit Notum illud est, Quod non honestum est, iam turpe esse sentias. & annotat, Alludit Plutarchus ad sententiam Gæci alicuius poetæ, (neque autor, neque locus nunc succurrit. & tamen memini me legisse alicubi, sed querendos non suppeditat) qua limites honesti & inhonesti ita distinguuntur ut vbi honestum desinat, ibi incipiat turpitudine. Itaque locum quem ob brevitatem non est assequutus Tudertinus aliquot verbis additis parenthesisque illustravit. Est autem in Græco pars senarii: ἐπι μὴ καλῶν, ἀσχηδόνων.

Ibidem, d. Eurytionides] Dixi de hoc vocabulo in Lycurgo. Duæ enim fuerunt regia familia Lacedæmonie: Eurytionidarum seu Eurypontidarum una. Agidarum altera. quod neque Tudertinus, neque Amiotus hoc loco observauerunt. Eurytionides in Græco legendum.

Ibid. Apud Mandonium] Non memini legere hoc nomen alibi. Historia est apud Diodorum Sculum libro decimo sexto, qui eadem die id factum ait qua aqua Charoneam Philippus Græcos vicit. meminit etiam Pausanias.

Ibid. e. Alterius fuit familia Agiades] Xyl. vertit, Ex altera regum familia qui Agide appellantur. & annotat: In Græco mendum est, Ἀπαθῆς pro Ἀγιάθης. nam Ἀγιάθης, & Ἀγιάθης, etiam, apud Pausaniam scribuntur. Interpretes familia nomen omiserunt.

Ibid. f. Qui regnum non tenuit] Xyl. vertit, Neque tamen regno potuit esse. & annotat, Tudertinus contra & Græca verba & historia veritatem scripsit regnum, à Cleonymo, sed non diu. Nam Areo fuisse regnum mandatum repudiato Cleonymo, non hic modo sed & copiosius in Pytho Plutarchus, perspicue in Laconicis Pausanias narrat, & alii.

799. b. Avaritiam] Extat apud multos Græcos scriptores oraculum Apollinis Pythii, in hanc sententiam versu hexametro pronunciatum: Ἀφιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ὅμοιο δὲ οὐδὲν. Meminit Cicero lib. 2. Offic.

Ibid. Thalamis] Xyl. habet, Thalamis & annotat, ἐν θαλάμῳ. Scribendum ἐν θαλάμῳ, ex Pausania Laconicis & Stephano: tamen hic assignat Messenius, ut de alia vrbe loquutus videatur. Nam hæc quidem Laconicæ est, θαλάμῳ Ptolemæus nominat.

Ibid. e. Thales.] Cretensem intellige, de quo supra in Lycurgi vita.

Ibid. f. Ecrepem] In Laconicis Apophth. ἐμπερη, Emerepes, legitur: quod & Erasmus retinuit. Mihi hæc lectio verior videtur.

803. c. In Decadem] Fortasse legendum Caiadam, quem lexica Græca carcerem regium tradunt esse. & ita etiam legitur apud Thucyd. C. Item Xyl. annotat, τῷ καλουμένῳ Δικαδῶ. Sed τὸν καλούμενον Καϊάδων legendum minimè dubito. quandoquidem Δικαδῶ hanc à nemine adhuc autore alio nominari inuenierim. Καϊάδων autem de simili re, scilicet Pausaniæ exitu, scribens nominet Thucydides libro primo. atque sic legitur etiam apud Suidam. Eustathius in Illiades, & initio d'Ulyssæ, Καϊάδων vel Καϊάδων scribit, innuit. que sic dictum à futura terra.

804. Tantam sunt hæc, inquit, ex usu reip. Spartana] Xyl. vertit, Modo, inquit Sparta hoc profuit, & annotat, οὐκ ἔγωγο pro optatiuo accipendum duco, cuius est tertia persona aoristi. Interpretes In hoc duntaxat utilis Sparta fuit. atque hoc etiam Erasmus sequutus est. sed mihi nimis longe petitum videtur: & non τῶν τε, sed τῶν, erat legendum, si intelligi debuit hoc eam dicere. Nihil se præterea patriæ potuisse dare quam quod Agidem peperisset, euentum enim eius confitorum præstari se nequiuisset. Noster sensus & verbis congruit, & simplicior, muliereque dignior est.

Ibid. f. Dorii] Erant hi Heraclidae, ex posteris Herculis, de quibus v. de quæ p. ssim sunt apud Pausaniam, præsertim in Argolicis & initio Laconicorum: & Diodorum lib. 4.

IN CLEOMENEM ANNOTATIONES

Guil. Xylandri & Herm. Cruferii,

interpretum.

805. a. Eo extinto parum nauus &c.] Hic vitam Cleomenis orator. Est enim in Græco diuisa à priore non sit, tamen id nobis perspicuitatis causa faciendum videbatur. alioquin animaduerti multa ex Cleomene citari quæ sunt in Agide: & vicissim.

Ibid. c. Lubricum erat Agide ea de causa perempto, &c.] Xyl. vertit, Periculosum erat Agide, quod conatus eas fuisse in urbem reducere, in se. lo. annotatque, οὐδὲ ἀσφαλῆς τὸ πύργον. Quod postestimum vocabulum est mendosum, ac nisi quid desit, τῶν videtur r. pot. endum. Sensum arbitror me aperuisse.

Ibid. d. Ad demulcendos inuentus animos] Xyl. vertit, Demulcendum blandiendo. & annotat, ἀνελκύν. An per duo m. s. nunt: sed tamen ἀνελκύν etiam legitur ὁ κόλαξ. Tudertinus non recte verit Incitandum. Indicabat autem Leonidas, annis puerorum Tyrtæi carmina suavitate sua illabi, eoque delinire, ut præcepta honestatis seuera utcumque & aspera accipiant atque amplectantur. Hæc enim vis est poetæ, atque inde Orphæi & Ampionis fabulæ tractæ: quod & Horatius monuit. Esse autem ἀνελκύν Blandiri & delinire, cum grammatici Græci docent, tum testimoniis ostendit.

dipotest. Apud Aristophanem in Equitibus ἀνελκύν ὁ ποιητής ille oraculo delinuit: τὰ μὲν (inquit) λόγῳ ἀνελκύν με. Vbi quod addit Scholiastes, legere quosdam λόγῳ καλῶ, lectioni Plutarchianæ videtur ad stipulari, quæ vno tantum legitur. ita enim affinitor lectio alteri est. Et Philostratus in vita Apollonii Tyanei, lib. 2. cap. 5. elphantum describens qui magistro suo ablandiretur, inter alia περιόνητα πῆ, αἰτ, τὴ περιόνητα πῆ, αἰτ, αἰτ, &c. Tyrtæi autem fragmenta extant quedam: unde qualis fuerit poeta, hodieque æstimare homo non ineptus possit.

Ibid. e. Lacedæmonii dicuntur ἰμπῆδον] Idem etiam ἐμπῆδον dicebatur. Vnde eis πῆδος amator vocabatur, amatus αἰτ, tamen si hoc vocabulo etiam amator exprimitur aliquando, ut apud venustissimum poetam Theocr. Idyllio 28. quod inscribitur Amator: Σπρῆτῶ δὲ ὕμνος αἰτ, ὅ γδ θεῶς ἰδὲ δὲ κῆρ. Idem αἰτ, Idyllio 11. Δοῖω δὲ πνε τῶδε μετ' ἀμφοτέρωσι γῆρ. Φῶδ' ἰδὲ μὲν, ἑ. πῆδος, φαίνῃ ἀμυκλαῖδων. Τὸν δὲ ἔπειον πῆδον, ὡς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἰποι, αἰτ. Vide quæ ibi sunt in Scholiis.

806. b. Vt in unum corpus Peloponnesios redigeret] Id est, in vnam ciuitatem atque fœdus: quomodo Achaicas paulo ante vices